



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

XXXII. Contritio an sit Actio libera, Euangelica, parsque pœnitentiæ?

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233

ait: *Deus propitiuſ eſto mihi peccatori: Satisfaciens tundeſt peccatuſ. Prodigiuſ, Luc. 15. Cõtrituſ factuſ deteſtatur: confitens ait, Pater, peccavi in cœlum: & corã te. Satisfactuſ ait: Fac me ſicut unum ex merce nariis tuis.*

QVÆSTIO XXXII.

Contritio an ſit Actio libera, Evangelica, parſque Pœnitentiæ?

XLIII. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERANI, RIGIDI, eam aiunt eſſe Terrorem ex coactis, & Legis miniſ: Pr. inde eſſe coactam Paſſionem, non Actionem liberam; Non opus bonum, quiſ ſpoliat. omni opere bono: ac pertinere ad Legem, non ad Euangelium:

MOLLES contra & CALVINISTÆ docent cum Catholice Orthodoxis.

CHRISTVS, Speculum veræ Pœnitentiæ mea præbuit Magdalena; quã & verbis ipſe teſtatuſ ſum luculentè, Luc. 7. *Dimittuntur ei peccata multa* (Auctoritate mea non vilius virtute Sacramenti, nondum adhuc inſtituti.) *Quoniam DILEXIT multum*: Non, quoniam fuit paſſa terrores: ſed merito ex amore.

2. Iacobi 1. *Nunquid & demones credunt, & contremiſcunt*, ad latam ipſiſ pœnalem legem. Neque tamen idcirco pœnitentiæ contritionem habere cenſendi ſunt.

3. Ter, & verè teſtatuſ eſt Petruſ mihi: Ioan. 21. *Tu ſcis Domine, quia amo te*: Idemque ſemper imperterrituſ egit; niſi quando, Mat. 14. *cœpit mergi*; At *Modice fidei*: Et ancillæ ad vocem terreri, immemor ſui, Mar. 14. Ecce terror eum in peccatum negationiſ traxit: Amore autem mei ſuiſ conuerſuſ fleuit amarè.

4. Phariſæi quantos Legis terrores aut ſentiebant, aut præſerebãt hypocritæ: eos tamen Contritionem dixerit

nemo, niſi ſimiliſ ipſiſ aut deterior. Nec Regiſ Balthaſar ex conſcientiaterrore ad viſæ manuſ apparitionem, Contritio fuit: Dan. 5. &c. Nec Iudæ terror conſcientiæ ex læſæ memoria Legis quintæ in Decalogo.

5. Parumne clarè Dauid vim debitam aſſerit Contritioni, Pl. 50. *Cor contritum & humiliatum Deuſ non deſpicies*: atque Iſaias Dominuſ: *Ad quem reſpiciam, niſi ad pauperculum, & contritum ſpiritu, amore læſi Dei, & deinde etiam tremenſem ſermone ſ meoſ pœnalem*, Pl. 35. *Prope eſt Dominuſ iſ, qui tribulato ſunt corde.*

XLIV. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERANI RIGIDI. Contritio eſt Paſſio coacta, non Actio libera.

CHRISTVS. At ego inquam, Mat.

3. *Penitentiam AGITE*, Ioel c. 2. *ſcindite corda veſtra*. Pauluſ Act. 17. *Annunciat hominibuſ, ut omneſ ubique Pœnitentiã AGANT*. Imperatur, quod agamuſ, & agere poſſumuſ. Vide *Luthero-calu. par. 3. q. 85.*

XLV. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERANI RIGIDI. Contritio pertinet ad Legem, non ad Euangelium.

CHRISTVS. Ego dico, Mat. 4. *Penitentiam agite; appropinquabit enim regnum cœlorum*. Ego Luc. 5. *Non veni vocare iuſtoſ, ſed peccatoſ ad penitentiam*. Ego, Mar. 6. mittens Apoſtoloſ prædicatum, prædicare pœnitentiã iuſſi: Meque explicauit poſt reſurrectionem, Luc. ult. *Oportet prædicari Pœnitentiã, & remiſſionem peccatorum in omneſ gentes*. Petruſ, Act. 5. verè dixit, *Me exaltatum à Patre, ad dandã Pœnitentiã Iſraeli*. Quin, Act. 11. *Ergo & Gentibuſ Pœnitentiã dedit Deuſ ad vitam*.

Hocque prædicauit, Act. 20. *Viſ electio-*

tionis, *Act.* 26. Et quisquam adhuc Contritionem ad Euangelium pertinere negabit?

2. Ego, *Ezech.* xi. & 36. Israeli promisi Test. Noui nouum spiritum, & cor carneum pro lapideo; malleumque conterentem petras, *Ier.* 23.

3. Lex vetus hoc differt à Noua, quod nō habeat promissionem gratiæ: Nam, *Gal.* 2. *Si ex Lege esset iustitia, Christus gratis mortuus esset.* *Rom.* 4. *Qui operatur, ex Lege, habet gloriam; sed non apud Deum.* At verò, 2. *Cor.* 3. *Idoneos Nos fecit Ministros Noui Test. non Literæ, sed Spiritu. Litera enim occidit, Spiritus a. viuificat.* *Nā, Pl.* 50. *Sacrificium Deo Spiritus contribulatus.* *Ezech.* 18. *Si impius egerit penitentiam, vitā uiuet.*

4. Lex solum terreret; non Euangelium? Et vero hoc longe horribilius terret illā, minaturque gehennas. *Mat.* 3. *Cuius ventillabrum in manu eius. &c. paleas autem comburit igne inextinguibili.* Sic passim comminor gehennas, vermes immortales, Tenebras exteriores, stridorem, supplicia. &c. *Non erubescio Euangelium: Virtus enim Dei est in salutem omni Credenti. &c. Reuelatur enim ira Dei de celo super omnem impietatem & iniustitiam. &c.* Atque tantò minus spoliatur bonis operibus hominem Contritio, vt quidam errare malunt inimici crucis.

QVÆSTIO XXXIII.

Contritio Vnde, Qualis, Quanta esse debet?

XLVI. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERANVS Kemnitius affingit Conc. Tridentino, quod stabiliat Pelagianismum, ac doceat Nos à peccatis liberari, non Dei gratiā, sed nostris meritis.

LUTHERANI tamen omnes & Calviniani in hoc consentiunt nobiscum.

CHRISTVS. Dixi, *Mat.* 18. *Si quis Ecclesiā non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus.* At Vniuersalis Ecclesia mea in Conc. Tridentino definiuit ac sapius stabiliiuit istud: Contritio seu Pœnitentia est Donum Dei, nec potest sine speciali gratia obtineri. Teste verbo factoque meo. Nam, *Luc.* 22. Me negauit Petrus tertium; nec resipuit, donec ego conuersus respexi Petrum: & fleuit amare. Pulchrè S. Amb. lib. 10 in *Luc.* Quos Iesus respicit, plorant delictum. Negauit Petrus, & non fleuit; quia non respexerat Dominus. Negauit tertio, & respexit Iesus, & ille fleuit amare. Ita *Ezech.* 36. *Auferam vobis cor lapideum, & dabo vobis cor carneum; ecce Deo opus ac donum.* Ita *Tim.* 2. *Ne quando de illis Deus poenitet, & respiscant à diaboli laqueis.*

XLVII. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERVS solus negat odium peccati præteritis penitentia includi; nouam vitam si fieri solem.

Contradicunt ei cæteri Lutherocaluinistæ omnes.

CHRISTVS. Ego verò, *Matth.* 23 & alibi sapius Scribarum ac Pharisæorum coarquo peccata. Sic & *Act.* 7. *Stephanus.* *Act.* 13. *Paulus.* *Act.* 2. & 3. *Petrus.* S c Deus, *Gen.* 3. *Quare hoc fecisti?* *Gen.* 4. *Cain quid fecisti?* Sic Prophetæ omnes in memoriam reducunt peccata. Plena exemplorum scriptura est. *Magdalena, Luc.* 7. *vetera peccata defleuit.* *Luc.* 19. *Zachæus pro præteritis satisfecit.*

XLVIII.